Vnguentum ad morbos oculorum, & præcipue expituita salsa; sume Tutiæ ciprie preparate. ℨ. i. camphore ℈. i. butiri recentis ℥. i. liquefiat prius butirum post misce omnia & ex eo pone quantum est granum milij in angulo oculi patientis, & stet supinus super stratum per horam.

Vnguentum ad scroffulas mirabile sume sinapis seminis vrtice, Aristolochie rotonde, sulfuris, Spume maris, boliarmeni orientalis ana ℥. s. cum oleo anethi, & cera q. s. & fiat vnguentum hoc valet quando non sunt erupte.

Vnguen-

Vnguentum ad scroffulas eruptas pretiosum.
[S]ume salis nitri calcinati in furno sexies vel septies, & eo vtere cum vitello oui super locum, & facili[m]e exibit quod intus iacet, quo mundificato intromittas [v]t infra Sume corticum interiorum sambuci cere noue [o]lei violati quantum tibi videbitur, & ad ignem vn[g]uentum secundum artem fiat.

[V]nguentum ad scroffulas resoluendas sume Radicum li[l]ii Seminum lini ana ōz. i. ambo infundantur in vino bo[n]o & eis addatur fimi columbini ōz.s. omnia contundan[t]ur, & addatur cere, olei lini puri ana q. s. & fiat vn[g]uentum secundum artē. Ad hoc valent folia Aristolo[c]hie longe infusa vino nigro per multos dies & superpo[s]ita loco affecto eas destruunt. hoc est expertū per me.

Vnguentum ad fissuras mamillarum, Sume Duo poma [m]auasia et ea coque sub prunis post accipe vitella quinq; [o]uorum & Tiriace ʒ.i, & fiat vnguentum quo vtere su[p]er petiolis lineis.

Vnguentum ad manillas affectas ex lactis retentione [s]ume vini albi lib. 2.s. mellis lib.i. olei oliue ōz. x. hec [o]mnia coque per spatium dimidie hore & eis adde panis [t]riti m.i.& omnia simul concorpora ad ignem post refri[g]erari aliquantulum simito, quibus adde iterum tantun[d]em panis triti et omnia simul ad iguem concorpora post [a]dhuc refrigerari sinas quibus addas masticis ʒ.ʒ.olei ca[m]emille, liliorum, spice ana ōz.i.croci ℈. i. misce secun-

dum

dum artem.

Vnguentum ad lienis duritiam; Sume radicum ciclaminis, & ebuli ana ōz.2. olei caparorum, & ſpice cere noue, butiri recentis ana ōz.i. coquantur coquenda ſecundum artem & fiat vnguentum molle quo vngatur lien & ſumat patiens omni mane ſirupum vnum ex infra ſcripto decocto. Sume vini nigri lib.2. radicum petroſilii & feniculi ana nu.4. tunice fraxini m.i. hæc omnia ad tertium decoquantur de quo ſumat ad quantitatem ſirupi, aut ſic R. foliorum & caulium lamie quantum vis & fac decoctum & de eo da bibere per 30. dies in mane ad quantitatē ſirupi; aut ex ea dabis pulueriӡata ad quantitatem ʒ.s. prouice cum vino albo aut brodio aut ex ea dabis in obſoniis, lamia aut eſt ſpeties vrtice que habet in medio folii quandam albedinem & naſcitur in locis opacis.

Vnguentum ſiue emplaſtrum ad crepatos quo ſumus vſi infinities in conſtringendo herniam inteſtinalem cui non eſt par & ita mirabiliter cōſtringit in decem diebus ac ſi nunquam habuiſſe leſionem. Sume picis naualis, coloſonie, litargiri auri, cere ana. ōz. 3. galbani, maſticis, terebenthine, radicum gallie maioris, & minoris ana ʒ. iij. nucis cupreſſi ōz. 4. farine ſicalis, cicercularum, & fabarum ana ōz.2. pillorum leporis, mumie ſanguinis draconis in lachrimis ana ōz.i. boliarmeni orientali ōz.i. olei antiqui ex nucibus ōz.vi. ſucci radicum

ebuli

li ōz.2. omnia secundum artem coquantur, & fiat plastrum, & superponatur loco: Ad idem operatur i u puluis pilloselle minoris & Hippoglossi, & trinis folia simul in potu in mane ad quantitatum ʒ.i.cum o nigro & stet supinus in lecto per duas aut tres ho- & hoc fiat per quindecim dies absq; bracherio sed cũ git habeat eum.

guentum seu Emplastrum ad herniam aquosam Sume charum lauri nitri ana ʒ.x.fimi columbini ʒ.i.olei li- rum cere ana q.s. & fiat vnguentum secundum artẽ, Ad ardorem vrine & seminis profluuium ex super- a caliditate & ad renum dolorem Sume seminũ endi- , scariole, acetose ana ʒ.2. se. portulace, lactuce, lonũ.& Cucumeris ana ʒ.4. se papaueris albi, medul mnearum incisarum ana ʒ.i.s.se Hysociami albi, porri ʒ.i.s.omnia puluerizentur, & misce & cum duplo deris sachari albi fiat modo trazee. Ad idẽ liquiri- recentis ʒ.2. se communium frigidorum maior, & or ana ʒ.i.s. seminũ anisorum ʒ.3. Cicerum rub. ii.camedris recentis aut sicci m.s. omnia contondan- grosso modo & buliant m.s. q. aque fontis vsq; ad tii consumptum & coletur & ex ea tribuatur ōz.3. nane & est excellens. Ad idem operatur decoctum radicibus althee malue, & parietarie ex ciceribus .ordeo mundo se; melonum & radicis ciperi ana q.s. decoquantur in aqua putei vsq; ad tertii qui sumptũ

& eo vtere.

Ad vrinas suspensas. Si in renibus aut colatoriis fuerit peccatum da patienti in potu pulueris solani vesicarii Aristolochie rotonde ana ℨ.s. cum vino albo aut succo limonum aut citri aut auranciorum, aut pul. seminum genistę marine ℨ.s. aut sublimationis florum eius ℥ i. vsq; ad ℥. 2. ista mundificant renes a lapillis, & frangunt lapides in renibus, & vesica. Semina lappemi, & corticum radicum anonis pul. quam barbonaliam vocant ad quantitatem ℨ. i. pro singula vice, mouent vrinas, & mundificant renes, & si fuerit totaliter retenta in emulgentibus da patienti in obsoniis, aut ex succo eius aut ex puluere cardiace, aut ex decocto eius, ista cardiaca est species vrtice, & vocatur apud grecos licopos ego autẽ multotiens expertus sum eam vbi erat suspensa vrina in superioribus; Valet etiam mirabiliter ad mouendum menses, & ad accelerandũ fætum; multa alia sunt quæ possent scribi vt est castorium dictamum cretense, pulegium calaminte oẽs & alia.

Ad sistendum menses. Da patienti ℨ.2. eletuarii de scoria ferri, cornu, cerui vsti cũ pul. cardui benedicti, terra lemnia & boluarmenum flauum, puluis foliorũque rcuum, & ficuum, equiseti, & suberis vsti, multa alia similia.

Ad emoroidas affectas sume olei oliue lib. i. in quo buliente imponas, marubii abrotani, & mentastri ana

pugillum

gillum vnum & buliant per spacium medie hore post
rahe dictas herbas, & ita calidas loco aplica sedato
tem dolore exiccabis eas cum succo verbasci: Si fue-
t tumefacte fac emplastrum ex radicibus fabarie cum
ungia porcina.

Vnguentum ad ignem, Sume litargiri auri ōz.2. olei
ei ōz.i. vini albi vel aceti albi ōz. 3. & in mortario
mbeo omnia misce & fiat linimentum.

Vnguentum ad ignem, & aquam calidam sume olei
ue ōz.4. ceruse ōz.i.s. cere ōz.i & fiat vnguentum ad
em de quo vngatur locus lesus subtiliter post die se-
enti accipe puluerem carbonum panis & ex eo asper-
s super vnguēto sed si accedas ad lesum ante quam ve
etur locus accipe ex furfure & aceto acerrimo & mi-
& superpone & non vesicabitur. ponas membrum
um in oleo oliue, & super aspergas locum sale: Atra
ntum scriptorum idem operatur.

Ad Hyschiaticum dolorem medicamentum quo absq;
bio omnes fere liberantur facta tamē prius purgatiun
la, Sume iue muscate, testiculorum canis, absinthii,
ntaurii minoris, ruthe radicum Eringii, rorismarini,
usuci ana m.i. & omnia fac bulire in lisciuio, & fiat
lneum, quo vtere bis in die vsq; ad dies octo, abluendo
cia vsq; ad poplitem post aplica loco Cerotum vt infra
pinguedinis serpentis ōz.s. Terebenthine ōz.2. masti
ōz.i.s. cere ōz.i. & fiat cerotum ad ignem: idem ope

 ratur

ratur emplastrum factum ex lepidio Gal. quod vocant iberidam, & aliud lepidium pauli quod piperitin vocāt ex eis cum assungia suilla fiat emplastrum.

Spaladrapum bonum, & excellens sume ceruse ōz. vi. litargiri auri & minii ana ōz. 3. tutie preparate ōz. s. masticis ʒ. 3. camphore ʒ. i. olei rosei ōz. vi. & fiat secundum artem ad ignem cum petiis lineis.

Aliud sume ceruse ōz. 9. olei rosei ōz. 7. litargiri auri boliarmeni ana ōz. v. aceti fortis ōz. x. camphore ʒ. i. & fiat ad ignem secundum artem.

Aliud sume litargiri auri ōz. 2. ceruse ōz. i. s. cere noue ōz. i. olei oliue veteris ōz. 2. olei rosei ōz. 9. & fiat vts.

Aliud sume olei rosei, aceti acerrimi albi ōz. xii. cere noue, ceruse ana ōz. vi. masticis ōz. i. litargiri ōz. 2. camphore. ℈. 2. pulueris litii parum, & fiat vts.

Vnguentum ad vlcera tibiarum sume litargiri auri ōz. i. terre lemnie orientalis plumbi vsti ana ōz. s. camphore ℈. i. cere noue ōz. i. olei ōz. 4. succi plantaginis ōz. 2. & fiat vnguentum secundum artem potest fieri etiam in formam liuimenti si fiat in mortario plumbeo prius liquefacta cera.

Vnguentum ad vlcera chironia sume litargiri auri, minii ana ōz. 2. cere ōz. i. olei rosei ōz. vi. cadmie ʒ. 2. & ad ignem fiat vnguentum secondum artem.

Ad pernionem & vlcera mala in talo, & pedibus ex

frigore antequam vlcerentur vtere omni sero cum
r dormitum hoc balneo ex aqua currente in qua bu-
rit alumen roche crudum ex qua aqua abluantur pe-
s cum autem vlcerantur butiro recenti & vnguento
cerusa crudo ana. Et si illud non iuuauerit vtere vn-
gento diacalciteos hoc est per me expertum precipitatū
num hoc modo fit Habeas botiam vitri duarum libra-
m aut plus & in ea ponas libram vnā aque fortis fa-
e cum vitriolo salnitrio, & alumine rochino que botio
sit bene lutata, in eaq; ponas lib. i. Mercurii quam
nas in cineribus fornacis aut ad ignem temperatum et
m bulire facias non multum sed vsq; ad aque consum-
um quousq; fumus exerit rubeus, & exiccata fuerit
taliter aqua post frangas botiolam, & habebis preci-
tatum. Quod si volueris eum corrigere, & consolare
mordicet, idem facias in alia botiola sed prius pulue-
za dictum precipitatum, & tantundem aque vite su-
rponas, & sicut fecisti cum aqua forti ita facias cum
qua vitte Et si volueris eum facere excellentius eum
reparabis cum Elisir vitte ad quantitatem medie libre,
r tunc de eo potest tute propinari in pastillis aut mor-
llis in multis affectibus vt diximus.

De oleis per sublimationem conficiendis.

OLeum siue aqua valens ĩ virtute balsami Sume olei
oliue ōz.vi.gariofilorum, cinamomi ana ōz. s.cro

ei, bacharum lauri, sagapeni, opponacis thuris, bdellii mastiçis, galbani, mirhe, gumi elemi sandarace ana ōz.i. aloes ʒ.i.s. bacharum lauri, ʒ. x. butiri antiqui, mellis, terebenthine ana lib.i.s. omnia puluerizāda puluerizentur, & ponantur in botia vitri aut piua & sublimentur lento igne carbonum, & exibunt tres res, prima est nihil, 2. aliquid 3. est in uirtute balsami, sed omnes tres colligas separatas & eas cognosces ex colore, prima erit clara, 2. rubescens, 3. rubea.

Oleus siue balsamus artificialis ad omnia uulnera recentia, & illico tollens dolorem sume masticis, olibani, mirhe, sanguinis draconis in lachrimis ana ʒ. i. gumi elemi, oppopanacis, hammoniaci, sagapeni, Euphorbii, gumi edere ana ōz. s. cinamomi, gariofilorum ʒʒ. nucis odorate, melegete, xilobalsami, carpobalsami, styracis calamite, galanghe, zedoarie, gentiane, tormentille radicis, castorii, iuniperi, mirtilorum, amigdalarum dulcium, & amararum, absinthii, athanasie, liliorum, lētisci ana ōz.s. omnia ut infra conficies primo ponas omnes gumas ad mollificandum in aqua uitte q. s. per octo aut decem dies post habeas uas uitri in quo ponas primo herbas quod ponas super cineres ignitor cum sua aqua uitte quibus addas omnia, & olei hypericonis lib. i. que omnia buliant usq; ad consumptionem aque post addas gumas omnes & styracem post adde terebenthine lib.i. post omnia pone in botia uitri aut piua, & di

stilla

*tilla secundum artem & quod primo exibit parum ua-
let, 2. aliquid, 3. est excellens in virtute balsami.*

*Oleum ad spasmum excellens. Sume florum hyperi-
conis ōz. vi. & eas pone in fialam plenam antiquissimi
olei oliue & eam ponas ad solem per spatium xx. dierum
cum sol sub leone suum cursum fecerit postea cola, &
compri me flores fortiter deinde habeas se. maturorum
ipsius ōz. vi. se pulegij ōz. iiij. quibus omnibus contusis
ponantur in dicto oleo & omnia ponas ad solem adhuc,
per xx. dies postea fac bulire dictam fialam tribus horis
in caldario pleno aque postea eleua ab igne, & exprimi-
to omnia, & adhuc omnia in dictam fiala reponito, &
eis adde Terebenthine ōz. vi. croci ℈. ij. & omnia fac bu
lire per vnam horam deinde reconde dictam fialam sub
fimo equino p sex menses, postea sepeli in harena per
dies 40. deinde pone ad solem per dies 15. & tunc erit
perfectissimum, & si primitus omnia distillarentur per
botiam aut piuam vitri esset perfectius, & esset sicut
balsamum, valet in puncturis, & vulneribus neruorū
& ad omnes morbosa causa frigida procreatos.*

*Oleum aliud ad spasmum, & ad neruorum puncturas.
Habet olei hypericonis lib. iij. lane sucide, vermium ter
restrium ana ōz. vi. Euphorbij, sulfuris, picis nanalis
cere terebenthine ana ōz. s. omnia ponantur in cacia sem
per agitando cum spatula lento igne & buliant quousq;
deuenerint quasi ad combustionem postea fortis fiat ex-*

pressio in torculari sed si prius distillarentur omnia per piuam aut botiam vitri esset oleum perfectius non autem in fractura cranei sed in aliјs omnibus vulneribus.

Elisier vitte siue quinta essentia mirabilis, & per nos experta multotiens in multis, & in infinitis morbis vt infra dicamus; Sume gariofilorum integrorũ, nucis muscate, ℨ3. zedoarie, galange, piperis longi, rotondi, & nigri spicenardi, ligni aloes, cubebarum, cardamomi, cinamomi fini, calami aromatici melegete masticis Thuris aloes epatici ana ℨ. i. granorum iuniperi, corticum citri, corticum auranciorum, foliorum saluie, ocimi, florum rorismarini, maiorane fine, mente fine, nasturtіј, pulegіј, calamenti montani, serpilli, gentiane, florum sambuci, florum rosarum rub. stechados arabici, camedris, camepithis, pulpe dactilorum amigd. & pinearum mundatarum ana ǒz. i. mellis albi ǒz. 6. sachari fini lib. i. aque vitte bis aut ter distillate ǒz. 30. omnia puluerizanda puluerizentur, & reliqua terrantur grosso modo, & omnia ponas cum aqua vitte in botia vitri bene lutata, & sic eam dimittas per mensem orifitio bene clauso, sint autem partes due vacue ipsius botie & tertia sit plena, & ponas dictam botiam in furnello vt scis cum suo recipiente, & capello, & lento igne eam distillabis, post paulatim eũ vigorabis, in augmento vero sartificetur, parumper; Sed aduerte dum exit aqua clara ignis sit debilis, & cum inceperit colorari vigoretur

goretur aliquantulum in fine vero incipiet exire sicut sanguinis, & tunc fortificetur multum ignis, & aduerte quod opportet seperare omnes istas tres sublimationes v 3. cum exit aqua clara facias si ignem debilem; & cum incipit colorari extrahatur illa que est in recipiente, & seruetur seperata, postea bene lutato recipiente cum capello iterum vigoretur ignis, & dum exit colorata in modum vini albi procedas cum igne fortiori, & cum incipiet ingrossari, & fieri sicut sanguis tunc extrahatur quod est in recipiente, & seruetur, & iterum bene lutetur cum capello, & tunc fiat magnus, & fortis ignis & exiet quidam liquor sicut sanguis & hoc est excellentius & liquor iste est sicut aurum potabile quod seruetur per se uti dicemus.

Prima aqua Vt vires vniuscuiusq; istarum trium sublimationum omnibus innotescant primo dicemus de prima. Nam aqua que primo exit est debilis virtutis, & operationis valet solum indecoratione & ad clarificandam faciem in mulieribus, & subtiliandam pellem valet, & ad lippitudinem oculorum sed cum ea misceas aliquantulum lactis mulieris aut aque feniculi.

Seconda aqua est excellentior prima vulnera antiqua & recentia curat, fistulas, cauernas & sinus si ex prima aqua prius abluatur vulnus, & ex 2. madefiat in quindecim diebus sanabitur omne vulnus antiquum & recensq; qualecunq; fuerit nisi sit cum fractura cranei,

recens

recens vero in carne & neruis in paucis diebus & forte 40. horis sanabitur Si carbunculus ex eo tangantur in duabus horis mortificabitur. Valet ad omnes egritudines oculorum existētes ab humoribus frigidis. Valet ad frangendum lapidem in vesica & renibus si ex ea bibatur ʒ.i.cum vino albo; si ex ea tangātur emoroides tume factę illico detumescunt; Ad strangulatum vteri, ad omnes dolores ex humoribus frigidis, ad neruos contractos, in spasmo, paralesiq;.

Tertia aqua siue liquor qui est sicut sanguis clarus est tante virtutis excell.quod siquis ea vsus fuerit per multos dies, multas, & infinitas egritudines sanat intrinsecas; curat ptisim in prima & seconda specie; lepram malum mortuum, & dolores ex morbo gallico dummodo non sint vncti auffert; Aschma, hydropicorum gn̄us, omne, nec non paraliticorum Epilepticorum, arteticorum, coxendicorumq; species omnes sanat factis prius debitis purgationibus vt iubent medici omnes.

Aliud mirabile quod operatur ista quinta essentia quod ex relatu medicorum iam per multos annos expertum est, & non absq; ratione quod si quis ea vsus fuerit si fuerit senex iuuenescit si vir adolescens omnino efficitur, si de crepitus multum per eius vsum restauratur humidi radicalis substan. dummodo debitis temporibus exibeatur in matutino tempore ʒ.i.cum ōz.i. aque florum boraginis. Vltimo quod seruatum est a multis

qui

qui hunc liquorem experti sunt si quis fuerit moriturus aut in mortis discrimine si ex ea exhibeatur ʒ.i. cum ℥. ij. aque boraginis aut aque sublimationis carnium illico reuiuiscit, & prolongatur mors. Et si virtus consisterit, & iteretur eius potus conualescentia vero preparatur, multosq; alios effectus operatur quos esset longum recensere.

FINIS.

EIVSDEM GEORGII DORDONI MEDICI PLACENTINI.

ANNOTATIONES CENTVM IN Simplicium Materia.

IN eo opere quod de lue gallica (vulgo nuncupata) curanda edidimus ſcipio vir Ill. nec non & pleraq; Empericorum errata annotauimus; ſed poſtquam in ſimplicium declaratione hoc in Gymnaſio profiteri inchoauimus quod antea nequaq̃; ab aliquo profitebatur, multos in magnos cecidiſſe errores cognouimus idq; propter Simplicium ignorationem quorũ in numero fuere & ex arabibus quidam cum eorum ſectatoribus, & ex recentioribus non pauci, quorum opiniones erroneas luce clarius ipſas demonſtrauimus. Quapropter opere pretium duxi de hoc ſcriptis aliquid mandare ne cuipiam ſimplicium doctrinam affectanti noſtram defuiſſe opem videretur, cunq; impium ac turpe ſit mortuos inceſſere, Nam non defuere quiacerrime in ſerepionem. Auic. Plinium. Neotericos, ẽt vita functos inuecti ſunt, ſimul atq; & in viuentes, propterea illos qui iampridem mortui ſe tueri non valeant inuicem conciliando quo ad fieri poterit defendere conabor, De adhuc vitam agentibus nihil addam, ipſi dum viuunt ſe tueantur: Satis mihi eſſe verum in aperto producere ne amplius in tenebris

bris & errore versetur; Quod si quibusdam indignum videatur hoc me scripsisse: & clarissimis viris qui de hac materia acurate pertractarunt pretermissis quasi (vt dicitur) cornicum oculos configere arbitrari eos velim, hoc ame minime factum vt laudem aliquam mihi compararem sed potius studiosis omnibus disciplina hæc plantarum vltro fieret obuia, ne scilicet aut ignari pharmacopole aut imprudentes medici alterum pro altero vocabuli errore decepti, in colirijs, sirupis, alijsq; medicamentis confitiendis (vt plerunq; fieri solet) ponerent. Verum vt opusculum hoc tutius euolet ad te (veluti pullus ad parentem) confugit; vmbram alarum tuarũ efflagitans; Sicut, & pleriq; alij, quod si gratum tibi esse cognouero ad maiora pro comuni omnium vtllitate, post hac tuis accendar auspitijs. Vale.

Prohemium.

De antiquorum neotericorumq; medicorum atque pharmacopolarum erroribus vsq; in hadiernam diem circa simplicia scribere decreuimus non ut(sicuti quorundam mos est) in alios inuehar; sed vt controuersias, & codicum grecorum interpretationes corrigamus & ijs qui ceco errore ducti in preceps ruerũt manum subleuante porrigamus, Dehis ergo simplicibus iuxta litterarum seriem prosequemur ab absinthio exordium sumentes.

Absinthium.

De Absinthio cum tractaret Matheus siluaticus ope

ris

ris sui pandoctarum c. 5. dixit aliquod esse absinthium dulce quod nuncupatur anethum & aliud esse absinthiũ marinum quod vocabit stechados citrinum; ego nnn iuueni aqud Dios. neq; apud alium quemquam qui de re herbaria scripserit absinthium aliquod dulce esse quod vocetur anethum, nec absinthium marinum quod dicatur stechados citrinum verum apud Dios. tres sunt Absinthij spẽs, prima vocatur ponticum a ragione in quo peæstantius nascitur, hoc Mesues remanum vocat, & est nostrum vulgare. 2. senphium quod, & marinum dicitur eo quod ad maris litora abunde proueniat 3. spẽs Santonicum appellatur, quod in gallia apud Santones populos copiose nascatur; His ergo tribus tantum spetiebus Dios. contentus est; nec de quopiam absinthio dulci anethum vocato nec de stecade citrino memoriam fecit; Ideo ipsum siluaticum pandetarium mihi somniasse videtur dum hec sua scriberet; Nec minus fratres illi Antidotarium Mesues commentantes alucinantur qui absinthium prime speciei vulgare, videlicet tantummodo in superfitie amarum, & interne dulce esse contendant hoc argumento quod aqua ipsius per alembicum elicita dulcis gustu sentiatur, Sed ex hoc deprenditur illos rerum naturalium expertos non esse; Nam quodcunq; amarum & austerum si per instrumentum plumbeum distilletur aquam dabit dulcem vel saltem non amaram nec austerã Sed si decoquantur ea vel per balneum (vt dicunt)

marie

marie aqua ex his extrahatur in vitreis vasis saporē nō imuntabunt, & uis tota illius herbe vel cuiusuis alterius rei in aqua decocte vel in duplici vase confecta permanebit, Quod autem aqua per organum plumbeum ex absinthio extracta dulcis sentiatur hec est causa, Absinthij amaritudo cum sit pars eius subtilior per distillationem euaporat. Aqua vero a plumbo dulcedinem contrahit sicut experientia constat, periculo inde ex qualibet re facto, perinde satius esset medicis, & officiuis relictis plumbeis vasis herbas ne cetera medicamenta, e quibus aquam elicere volunt vitreis vasis ea decoquere ac tali decocto vti vel aqua per balneum marie parata que sane medicis, & officinis plus honoris, & egrotis plus vtilitatis afferret, quam que per plumbeum vas educta esset quod animaduertentes multi recentiorum ac verum medendi methodum insequentes pro sirupis conficiendis herbarum decoctis non aquis ex plumbeis alembicis distillati vtuntur; Nam in decocto (vt diximus) tota vis herbe remanet, De 2. absinthio quod vocatur marinum, scribens Dios. dixit ipsum habere folia abrotano similia, circa hoc absinthium fuschius (vt pote, qui ipm non agnouerit duplicem errorem commisit, primum suo magno plantarum volumine pro absinthio marino quandam planta (que ab aliquibus vucatur accipitrina) pinxit, in paruo postea herbario habet plantam pro nasturtio siluestri; & perperam apposuit De 3. Absinthio

quod

quod Santonicum nuncupatur dicunt quidam quod huius est seme illud per quam minutum quod a monte gargano deferunt circum foranei por vermibus enecandis ac ab aluo pellendis quod appellant semenzinam vulgari sermone aiuntq; colligi ex quedam herbula minutissima quam dicunt esse santonicum, Semenq; illud vocari etiã semen sanctum; Sit ne quidem semen hoc santonici nec ne, nec affirmauerim nec negauerim: Ceterum toto (vt dicunt) aberrat cœlo pandectarius ille qui Kanabet serapionis semen illud sanctum esse crediderit; Nam vt ex Serapione habetur nil aliud est kanabel quam ros cadens sicut ros, e, cœlo harene permixta eiq; quadamtenuis similis cuius vsus est apud arabes ipsos non modo ad necandos intestinorum vermes, sed etiam ad fictilia fracta conglutinanda; semen vero illud sanctum vocatum sit vnius herbe semen quare &c.

Aconitum.

2 Aconitum primum ab Dioj. designatur folijs ciclamini aut cucumeris tribus aut quattuor minoribus, & subhirsutis, caule palmo alto, radice scorpij caudã emulante, & alabastri modo splendente quibus notis satis liquet fuschium, & Gualterum argentinum aperte falli qui in suis de re herbaria voluminibus pro acenito primi gnĩs herbam quãdam (que vulgo herba paris vocatur) pinxere notis omnibus reclamantibus, si qui de herba paris sic dicta folijs tantum constat non cucumeris nec ciclamini

clamini sed sanguinee virge folijs similibus nec hirsutis sed potius glabris nec radix scorpij caudam emulatur, & multis capillamentis fibrata adde quod planta hec in nulla sui parte venenosa est vt pluries in brutis periculum factum est; Atonitum vero letalem vim in radice habere prædicant auctores quare &c. Non minus quoq; in errorem versantur credentes aconitum, & napellũ idem esse cum diuerse sunt plante vt patet ex Auic. qui in 2. libro de vtrisq; seorsum vt pote diuersa, distincta capita fecit.

Acorum.

3 Acorum Dios. folia tridis habet angustiora tamen radices non dissimiles complicatas non in rectum sed in obliquum actas, & summa cespite sparsas geniculis interceptas albicantes, gustu acres odore non ingratas, optimum est densum, candidum, plenum, carie non exesum, odoratum, cuiusmodi est colchichum, & Galacticũ quod aspletion dicunt, quibus notis deprenditur Brasauolum errare qui leonicenum præceptorem suum sequens asseruerit Galangam officinarum esse Dios. Acorum, quæ opinio satis vno reffellitur argumento, quod Galanga colore prædita sit ruffo, Acorum vero candido Adde quod in Acoro Dios. vult gustum esse acrem, in Galanga vero quam acerrimus sentiatur; Alio preterea probatur argumento Non ne serapio fidus Dios. interpres tanquam de rebus, & gnẽ, & viribus diuersis seorsum

de ambobus per diuersa capita pertractauit ; Mathiolus videtur inuere calamum odoratum officinarum verum esse acorum cuiusdam Ioannis merule medici apud lituanos fretus auctoritate cuius opinionem nec aprobo nec refella sed alijs discutiendum relinquo , fusebius item alteram Galangam maiorem verum acorū esse censuit cui videtur subscribere Aloysius Angilara vir simplicium solertissimus sed & ipse sicut & alij hallucinantur vt ex argumētis supracitatis clare patet, huius erroris causam primus prebuit vt opinor pandectarius qui de Galanga scribens adducit Dios. in testem ; cum nusq; de Galanga Dios. verbum fecerit, & apud ipsum incognita fuit , inuentum .n. arabum est : Nec serapio in capite de Galanga nullum grecum citat auctorem ; circa colorem radicis sacori discrepant Auctore Dios. siquidem albicantem predicat; Plinius e directo contradicit nigras radices asserens , Serapio vero sunt colore externe ad rubedinem tendentes : crederē ego textum Plinij lapsu scribentium deprauatum fuisse . Si aliqua inter has voces adesset vicinitas leucoion v3. & melan precipue cum paulo post subdat ipse plinius cretice cādidiores ponticis ex quibus verbis videtur inuere & potius esse candidas , nam comparatiuum presupponit positiuum Nisi, & Hermolaus plinij sententiam confirmasset asserens se vidisse rubentē radicem intus foris colore inter nigrum, & candidum Quapropter cogimur dicere , & plinium in hac tantum

nota

nota aberrasse & Hermolaum verum non cognouisse acorum, Quod serap. dixerit colorem radicum acori exteriorem trahere ad rubedinem non propter hoc a Dios. variare dicitur non .n. obstat quod dixerit Dios. radices acori esse albicãtes nam eas nõ dissimiles iridi facit quas subruffo colore pinxit, albicare .n. intelligitur id quod non absolute album siue candidum sit sed quod alterius coloris in butum sit ita tamen diluti vt respectu saturati candicare dicitur veluti flos bacharis (vt vno ex multis exemplo ex ipso Dios. nostrum comprobetur argumentum) qui ab eo pingitur colore purpureo subalbitante, quod idem notatur in flore phu quem ipse Dios. purpureum exalbicantem scribit.

Adiantum.

4 *Adiantum officine capillum veneris vocant; adiantum politrichon inquit Dios. pusilla gerit folia similia coriandro in summo incisuris diuisa cauliculi quibus exoriuntur nigro colore nitent, pretenues palmum alti, radice superuacua, neq; caulem neq; florem neq; fructum profert, Matheus siluaticus de Adianto in plerisq; locis & diuersimode pertractauit multa insuper adiecit citra mentem Dios. ausamq; prebuit officinis errandi opinionẽ eius insequentibus precipue in confectione sirupi de cicorio Nicoli in quo ingrediuntur capillus veneris Adiantum, & pollitrichon tanq; res diuerse cum pro vna, & eademmet planta ab Auctoribus habeatur; & pro adi-*

anto accipiant vsq; in hodiernam diem multi pharmacopole quandam filicis ſpetiem pumilam quę Dryopteris Dioſ. eſt vires habens e directo contrarias; cum Adiantum faciat ad Alopetias explendas ac ad deflumium capillorum ſiſtendum; Dryopteris vero pſilotrica vi polleat, propterea monendi ſunt pharmacopole ne pro ſe ſalubrem apponant; verba Theph. qui legerit de Adianto lib. 7. c. 13. Plinij errorem in lib. 22. cap. 21. deprehendet qui trichomanem 2. gnūs adianti faciat cum Trichomanes nullum adiāti gnūs ſit ſed planta quedam per ſe, & ſui generis, Sic .n. Theoph. loco ſupercitato verba ſonāt Adianti folium in aqua nunquam madeſcit, nec quidquam adheſiſſe humoris conſtat vnde, & nomen herba accepit genera eius duo, candidum atq; nigrum, ambo ad defluuium capillorum vtilia oleo trita, naſcuntur maxime locis humidis Hec theoph. Ad plenum audiamus de adianto ſic loco alegato verba facientē Aliud de adianto miraculum, eſtate viret, bruma oīo marceſcit aquas reſpuit perfuſum merſumq; ſicco ſimile eſt, tanto diſſociacio deprenditur vnde, & nomen a grecis. Quidam ſallitrichon vocant alij politrichon vtrunq; ab effectu; Duo eius genera candidum, & nigrum, breui vſq; id quod maius eſt politrichon. Aliud trichomanes vocant vtriq; ramuli nigro colore nitent, folijs filicis ex quibus inferiora aſpera ac fuſca ſunt, omnia autem contrarijs pediculis denſa interſe ex aduerſo, radix nulla,

vmbro

vmbrosas petras parientumq; aspergines ac fontium maxime specus sequitur, & sane manantia quod miremur eum aquas non sentiat Hec plinius; ex quibus verbis liquido constat ipse plinius pro altero adianti gnē trichomanē accepisse que altera ab adiauto (vt iam diximus) planta est vt patet ex Theo. qui statim postquam de ambobus adiantis locutus est subiunxit, fidicula vel ad distillationes vrine vnite facit vt quidam existimant caulē hec capillo veneris nigro similem gerit folia admodū parua densa aduersa interse condita radicem minimam loca amat opaca Hec Theo. ex quibus liquet Trichomanes Theo quod fidicula a Theodoro vertitur diuersum ab adianto plantam suiq; gn̄is esse adde quod Dios. de Trichomane seorsum tanquam dere diuersa egit sic statim post caput de Adianto inquiens trichomanens nascitur eisdem locis quibus adianton fisci simile sed exilius folijs lenticule tenuibus in ordinem digestis aduersis in se ramulis tenuibus acerbis fusco colore splendentibus; verba theo. dicentis de trichomane, caulem capillo veneris similem habere faciunt vt indubitanter credendum sit vulgare offic. capillum veneris, verum & legiptimum Dios. & theoph. adiantum esse nigrum, album id crediderim esse quam Rutam muriariam quidam vocant alijs sexifragam licet aduersetur Mathiolus qui vult hanc esse Dios. paronichiam, quam ipse Dios. peplo similem facit folijs tamen minoribus quam ruta muraria: quarto &c. Qui-

dam forte vellent posse tueri Plinium quod trichomanes & natale situ, & viribus adianto coincidat, non propter hoc ab errore vindicatur cum Theph. adianti albi, & nigri meminerit ac deinde seorsum egerit de trichomane; plinius vero trichomanen alterum adianti gnũs fecerit v3. nigrius ac breuius &c.

Agolochum hoc est lignum Aloes.

5 *Agalochum Dios. lignum est quod ex india atque arabia deportatur thuie ligno simile maculatum odoratum gustu ad stringens cum quadam amaritudine cute veriusq; cortice vestitur veris colore. credidere nonnulli hoc lignum nasci in paradiso delitiarum nec aliunde ad nos vehi quam a flumine gange quod erroneum esse tum ex Dios. qui testatus est ex India atq; Arabia desferi tum ex lusitanis qui ad indos nauigarunt, comprobatur qui illud in traprobana insula (quam samatriam recentiores vocant) natum ad nostras Europeas regiones conuehunt legiptimum quidem ac valde odoratum nullis defitientibus notis, quod prius in Myrapolijs ostendebatur sub Agalochi noīe oliuastrum erat Rhodi nascens.*

Agaricum.

6 *Agaricum Plinio, fungus est candidus odoratus in summis glandiferis arboribus galliarum nascens prestãs in bosphoro prouenien̄s, in gallia infirmius Gal. in 6. de*

simp.

ſimp. medicamentorum faculta radix in trunco naſcens. Dioſ. an ſit Radix vel fungus ambigit, Gignitur apud Dio. in ſarmatia, & agaria vnde ei nomen: At re vera cum plinio dicendum Agaricum potius fungi quam radicis ſpeciem referre ceterum & ſi Plinius lib. 16. c. 8. omnes glandiferas arbores Agaricum ferre dicat Mathiolus tamen in ſolius laricis caudice Agaricum ſe vidiſſe in ſiluis tridentine ditionis ac in multis Italie locis. At Braſauolus in quercuum atq; elicum caudicibus dũ galliam peragraret ſe vidiſſe Agaricũ teſtatus eſt; quod Plinij ſententiam comprobat Naſcuntur certe in noſtris regionibus fungi quidam in quercuum & nucum caudicibus preſertim ſucciſſis qui preparantur ad ignem ex concuſſu ſtomomatis, & pyritis lapidis excuſſum fouendum que cum Agarico nullam habent cognationem; Sed quod vidimus in ſcriptis tradimus, herbarij qui, e montibus eluetiorum, & Rheticis alpibus radices, & herbas ad nos vehunt referunt colligere Agaricum ex laricum caudicibus, & ita teſtantur.

Alſine.

7 Credidit, & perperam pandectarius Alſinen eſſe parietariam que vocatur Helxene vt patet ex titulo ſui operis c. 33. qui inſcribitur Alſinen, & deſcribit eam auctoritate Dioſ. que deſcriptio proprie eſt Hexine, & non Alſine que vulgo pauarina vocatur que ſic a Dioſ.

describit lib.4. c. 82. Alsinen aliqui Antislion nonnull miosota vocant quoniam musculorum aures folia imitantur; hæc erat eadem que helxines nisi humilior esset & folijs minoribus nec hirsuta eum teritur odorem cucumis reddit, locis opacisq; gaudet, vnde Alsine dicta est. Quod autem Alsine non sit helxine ostenditur per Dios. qui de ambobus se mota capita facit, & propter hoc signum est quod pandestarius non vidit Dios.

Ambra.

8 *De Ambra odorata verba faciens pandectarius ille siluaticus asserit esse calidam, & siccam, & hoc auctoritate Dios. prestareq; virtutem cerebro cordi, & conferre sensibus, adiuuareq; senes, & eos quia frigidis humoribus infestantur sed cum adducat Dios. in testem profecto irridendus est, cum nusquam apud Dios. de Ambra mentio facta inueniatur.*

Amomum.

9 *Si Matheus Siluaticus credidit Amomum esse herbã illũ pedem colũbinũ vocatã sequens viam Serapionis qui etiam credidit vt refferũt eius interpretes in magno versantur errore Nam pes columbimus vulgatus est alterũ Dios. Geranium Amonum vero stirps est fructicosa, & lignosa ligno sub ruffo abunde odorato folijs constãs Brionie floribus ceu candide viole paruis ex ligno se conuoluens*

luens vt describitur ab eodem Diosc. quantum vero adin uicem conueniant quisuis etiam mediocris iuditij senten-tiam ferretur errant pariter, & pharmacopole semen quoddam minutissimum nigrum pro amomo accipientes & exhibentes Amomum ex sententia tamen omniũ do-ctorum recentiorum ad nos non conuehitur quã propter eius loco ponendum esse acorũ in succidanijs monet Gal.

Authera.

IO Antheram sunt qui flosculos rosarum capillis ap-pensos interpretantur, nonnulli ipsum rosarum semen fructui intra lanuginem obculsum intelligunt qui floscu-los interpretantur sane propius vero accedere videntur nam anthos grece flos est a quo nomẽ authera defluxisse videtur contra hos instat mathiolus autheram inquiens non rosarum flores nec semina esse sed medicamentũ ad oris vlcera ab antiquis vsitatum; Ego autem contra Ma thiolum in priorum sententiam facile pedibus irem, quod vz. Anthera florum rosarum nomen esset vt testis est Paulus lib. 7. Antheron vocitatum a floribus rosarum in eo ingredientibus nomen accepisset ita etiam inuenio apud Iacobum Maulium Alexandrinũ auctoritate quo-rundam medicorum duas vnguentorum compõnes que vocatur de Anthera, vim habentes constringendi in qui bus flores rosarum ingrediuntur, a quibus denominatio-nem acceperunt, & si apud Gal. & Celsum multe vn-

guentorum compositiones de Anthera nominate, & ti in eis non ingrediuntur rosarum flores, sed dicendum q ita placuit Gal. in lib. 4. de compositione phar. secundi locos in lib. 6. eiusdem libri tales compositiones medicamentorum de Anthera vocitari quia vim habent constringendi & sistendi humorum fluxiones & in eis tamē neq; rosarum flores neq; rose ingrediuntur, & propterea mihi videtur maxime consonum esse tale medicamentum denominationem accepisse prius a rosarum floribus & non aliter nec alio modo a constringendi natura vt Mathiolus inquit, & aliqui alij quare &c.

Antimonium siue stimmi siue stibium.

11 *Antimonium apud grecos vocatur stimi siue stibiū Huius historia apud Dios. ita se habet. stimmi optimum quod splendidissimum est modoq; nitedularū emicat confractu crustosum nihil terre aut sordidi habēs friabile q stibbi appellarunt alij platyophthmon in fine vero inquit terretur pinsita farina circumlitum, & carbonibus obrutum donec carbunculetur crusta, & Paulo post vrit etiam carbonibus succēsis efflatum quod igni deflagret; Si .n. Paulo magis concremetur plumbum fit, ex quibus verbis elicitur ei messe natura plumbi; Brasauolus forte pandectarium secutus inter Antimonium, & plumbum hoc tantum interesse in suo simplicium examine asserit quod plumbum igni liquescat Stimmi vero non sed fa*

cile

tile in pulverem territur sed eius sententia experimento falsa esse comprobatur Nam est stibbium ad ignem appositum non secum quam plumbum funditur, & liquescit cuius periculum sepius feci dum ex eo per organa vitrea oleum extraherem quod multum valet in solidandis vulneribus recentibus; Notum est preterea ipsum liquefieri vt clare videre est apud chymistas & conflatores campanarum nec non & ijs qui calchographis carateres effingunt ergo vere hallucinantur asserentes stimmi igne non liquescere nam cum quolibet mettallo in fictili fusorio permixtum ea celerius liquandi prebet occasionam.

Artemisia.

12 Artemisia inquit Dios. magna ex parte in maritimis nascitur absinthij modo fructicosa maioribus & pinguioribus folijs ramisq; Huius quidem duo genera, vnum letius habitusq; folijs virgisq; Latioribus, alterum tenuius flore paruo tenui candido graueolente estate floret, Artemisiam 2. loco descriptam Brasauolus matricariam esse censet sed manifeste errare dignoscitur, Nã matricaria que verum & legiptimum Dios. parthenium est flore, & folijs ab illa artemisia disentit. Adde quod si parthenium alterum artemisie gnũs esset frustra Dios. de ipso duo capita distincta fecisset; errauit quoq; Ruelius vir alioquin solertissimus, credens athanasiam vocatam siue tanacetum herbam esse tertiam artemisie speciẽ

vnicaulem

vnicaulem vocatam que sic pingitur, Herbula est tenui simplici caule, & minuto floribus scatente tenuibus flauo colore hec iucũdiorem quam precedens efflat odorem; his constat tanacetum non esse hanc artemisiam, Nam tanacetum non est tenuis herbula sed magna, & non simplici sed multiplici assurgens caule cubitali, & quandoq; maiore lignoso his vtroq; foliys magnis filicem quadamtenus emulantibus floribus letis comspicuis luteis comam circinantibus graueolentibus Mathiolus monet aliquos rei herbarie peritos huius opinionis fuisse quod caput artemisie tenui folij siue vnicaulis adulterinum sit nec vnquam fuisse Dios. hoc argumento quod cum in initio capitis de oĩ artemisie generatione disseruisset Dios. absurdum quippe videretur quod seorsum aliud artemisie gñus subiungeret presertim cum vires recensuerit, vtraq; inquit excalfacit extenuat, cum dixerit vtraq; de duobus primis gñibus intellexit nullam de tertia mentionem faciens Adde quod huius tertie artemisie inter simplicia nusquam meminerit Gal. Paulus, oribasius, & serapio qui tamen illa ex Dios. transcribunt.

Aspalatum.

13 Aspalathum non esse santalum rub. vt quidam arbitrati sunt; hoc vno probatur argumẽto quod is a Dios. describatur frutex surculosus multisq; spinis horrens optimus qui grauis detracto cortice, rubescens aut in

purpuram

purpuram vrgens, densus odoratus, gustu amarus, Nascitur in istro Nisyro Siria, & Rhodorum insula; quo ad vnguentorum spissameuta Vnguentarij vtuntur; Est & alterum eius gñus candidum lignosum sine odore quod deterius habetur: At santalum omnigenum: Tria n. sunt santali gnā vt habetur ex Columbo, & Aluyio cademusto ac alijs plerisq; in arborem ꝓceritatis com bicue assurgit ingentesq; santalorum silue visuntur inibi. At econtra Aspalathus humilis est frutex suauiter olens. Quod si dicatur santalum quoq; odoratum esse id tantum in candido, & Citrino vt dicunt deprehenditur non in rubeo quod odore destituitur quod si odoratum sentiatur cum adeptum est odore ex commixtione albi, et flaui dum simul comportatur santalum item nō esse Aspalathum semp. Testimonio deprenditur, qui de Aspalatho sub nomine Darsisabam omnia tradidit quæ Dios. de Aspalatho; De santalis vero agens nullum Dios. ac nec grecorum alicuius affert Testimonium vt sui moris est in alijs que est grecis auctoribus desumpsit sed tātum Arabes citat in testes; Ruellius quoq: vir apprime doctus in hoc Hallucinari clarum est dum credidit lignū illud ꝙ e Rhodo insula defertur quod Rhodium Oleastrum nonnulli vocant; quodq; a seplasijs Agalochum nuncupabatur ex quo precarie factitabātur corolle esse Aspalathū cum Aspalathi liguum vt inquit Dios. detracto cortice rubescit aut in purpuram declinat; lignum vero oliua-

strum

ſtrum Rhodium vocatum partim nigrũ partimq; ex atr
flauoq; venoſum conſpicitur vt eſt videre apud artific
qui corollas ex eo torno conficiunt.

Aſſarum.

14 Ignari pharmacopole vſq; in hodiernam diem Aſſ
rũ bacharã nominãt duo diuerſarũ herbarũ noĩa in vn
confundentes, ac vnum, & idem ſimplex cenſentes, qu
error etiam Plinij temporibus apud nonnullos uigebat
ipſem lib. 21. c. 6. commemorat inquit .n. eorum erro
corrigendus eſt qui bachar ruſticum nardum appellaue
re; eſt .n. alia herba ſic cognominata quam greci aſſar
vocant, Quod Aſſaron, & Bacharis diuerſe ſint herb
ex Dioſ. Deſcriptione patet Aſſarum inquit lib. p. c. 9
quod, & ipſum ſilueſtre nardum aliqui appellant hede-
re folijs minoribus multo rotondioribuſq; floribus citin
Hyeſciami ſimilibus purpureis inter folia ꝓxime radic
emicantibus odoratis in quibus ſemen acinoſum: caulicu
los habet anguloſos aſperos & molles radices numeroſa
geniculatas tenues oblongas gramini non diſſimiles long
tamen graciliores odoratas excalfacientes, & que lin-
guam vehementer mordent. De Bachare poſtea lib. 3
cap. 44. ita ſcribit Bacharis herba fructicoſa que in co
ronas additur cuius folia aſpera ſunt media viole, &
verbaſci magnitudine caulis anguloſus cubiti altitu
dinem petens aliquantulum aſper non ſine appendicibu
adnatis

dnatis flori purpureo sub albicante odorato radicibus
veratro nigro similibus quibus odor in est cinamomo pro
cimus, quantum ergo differrant adinuicem herbe iste
quiuis in re herbaria mediocriter eruditus diudicare po-
terit, Deinde vires assari recensendo Gal. sic scriptum
relinquit Assari radices vtiles sunt facultate similes ra-
dicibus acori intensiores tamē a cuius sententia pace eius
dissentit Mathiolus si quidem cum nulla in acoro deiecto-
ria sit facultas, & Assarum vt Dios. inquit Mesues fa-
tetur, & experimento compertom est veratri modo ex-
purget, & bilem pituitamq; superne, & inferne pro-
pellat non videt Mathiolus curacoro in omnibus eius fa-
cultatibus tam facile comparari possit.

Atriplex.

15 Credidere recentiorum quidā olus illud hortis omni
bus familiarissimum verno ieiunio maxime visitatum ꝙ
a semine in spinas aculescente vulgo spinaceum nuncupa
tur, esse atriplicem siue saltem eius speciem vt pote quod
ab eo non multum disideat contra hos instat mathiolus in
quiens olus hoc nouum, & veteribus incognitum quodq;
& foliorum, & caulis, & seminis forma atq; colore
maxime ab atriplice differat, Michi autem (& si forma
vt inquit mathiolus adinuicem differre conspiciantur)
non videtur esse error magnifaciendus si alterum pro al-
tero assumatur Nam certum spinaceum olus eiusdem cū

atriplice

atriplicem esse facultatis Ambo .n. frigida sunt & hu
mida ventremq; in cibo sumpta molliunt cum aliqua te
perata frigiditate.

Balsamum.

16 Recensiares fere omnes balsami nomine (quod ar
boris proprium est) proliquore vsurpare, qui grecis op
balsamon dicitur hoc est balsami arboris siue potius fru
ticis vel arbulcule illius liquor pretiosissimus quidē q
ad nos amplius non aduehitur, licet plurimi impostore
circumforanei seplasiiq; non pauci verum balsami liquo
rem habere se iactent; in iudea quippe solum in quadam
valle balsami viridariū habebatur sed hoc tempore ips
iudea balsami plantis penitus destituta est; ac Memphi
regibus qui vniuerse iudee dominabantur translate plan
te creduntur. Inibi .n. harum plantarum viridarium
negotiatoribus visum est; factitium balsamum a plerisq
conficitur quod, & si plurimis viribus polleat nequa
quam tamen vero comparandum erit; falluntur quoq
qui oleum in vetustis edifitiorum fundamentis per mult
secula conditum inueniunt verum esse balsami liquorem
nam id oleum est balsami succus siue liquor, quod ex
Dios. deprehenditur, nota veri tradens his verbis succ
probatio est vt sit recens validi odoris sincerus non ad
acorem vergens, dilui facilis leuis, adstringens ac modice
mordens gustu; Sed vane vitiatur mixto ab aliquibus

Terebinthi,

Terebinthi, cipri lentiſci balani vnguento. Item ſuſino metopio melle aut cipria cera liquida; quod maleficium facile deprehenditur nanq; merus in laneã veſtem fuſus neq; maculam facit neq; ſi eluatur notam relinquit. vitiatus autem inheret, & in hac inſtillatus balſamus coagulat; quod adulteratus non efficit; Quin etiam ſyncerus in aque aut lacte celerime liquatur coloreq; lactescit, vitiatus vero olei modo inatat ſe conuoluens aut in ſtelle modum diffundens ſpincerus ſeneſcens craſſeſcit; deteriorq; redditur, Hallucinatur qui aqua concretum peſſum ire, & ad inſidere arbitrantur poſtea diſſipatũ ſupernatare Hec Dioſ.

Bugloſum.

17 *Bugloſſum verum noſtrum hortorum boraginẽ eſſe non dubitamus vt & præſtantiſſimi ſimplicium indagatores conſtanter aſſeuerant; inter quos excellens ille mathiolus claro Auic. 2. canone teſtimonio id eleganter comprobat, attamen vulgare offic. bugloſſum quod ſilueſtre dici poteſt licet notis veri bugloſſi nõ correſpondeat viribus tamen non multum diſcrepare crediderim; Quapropter ſuperflue agere mihi videntur offic. dum aquas ſtillant, e boragine & bugloſſo ſil tanq; de herbis viribus diuerſis; ſacharumq; conficiunt diaboriginatum & diabugloſſatum, ſeorſum veluti viribus diſſentiant cum ex intentione vtriſq; eedem inſint vires ſatius ergo eſſet, & minus impendij ex altero tantum vt ex bo-*

ragine vz.& aquas, & sacharum parare.

Buphthalmum.

18 Pleriq; contendunt Buphthalmum esse plantam i
lam etiam mulierculis non ignotam quam herbarioru
vulgus cotulam non fetidum appellant: inter quos e
clarissimus ille fuscius cuius sententia secuti sunt, & al
non pauci, & sane non multum a veritate discedere.
dentur, nam & hec cotula caules emittit tenues mollesq
folia feniculi vt in buphthabno requirit Dios. verum re
fragatur floris colos vt acurate notauit excellens ille m
thiolus non totus lutens vt in buphthalmo voluit Dio
sed antemidis hoc est vulgaris camamile emulus in medi
vz. lutens per ambitum candidus vt clare notauit Dio
in Anthemide & parthenio duobus prioribus capitibu
Nec reffert quod Dios. ipsum buphthalmi florem anthe
midis flori compararit, De forma .n. & magnitudin
(vt clare explicat) intelligit, non de colore; veru
ipsam herbã que a Mathiolo in suo nouissimo sup Dio
commentario quem nuper latinum cum stirpium imagi
bus ad viuum expressis edidit) folio feniculi nequaq
mihi habere videntur, quapropter aut herbe ipsius effi
giem a sculptore perperam elaboratam esse; aut ipsa
nequaq; esse verum, & legiptimum Dios. buphthalmu
crederem.

Calamintha.

19 De Calamintha scribens Dios. lib. 3. cap. 36. tri
cius

